

FIGURA DECIMANONA.

Optica imminutio basis
Corinthiæ.



*H*ÆC basis juxta regulas traditas optice contracta est. Porrò altitudo superficiei A est eadem cum altitudine lineæ visualis CD; latitudo crucis A est eadem cum latitudine crucis secundi circuli vestigii B, incipiendo a minimo omnium. Duæ lineæ normaliter infixæ basi, ostendunt maximam latitudinem quam habere debet columna supra imum scapum. Maxima latitudo tori superioris & utriusque astragali, est eadem cum maximâ latitudine tertii circuli. Maxima latitudo tori inferioris est eadem cum maximâ latitudine ultimi circuli.

FIGURA DECIMANONA.

Basè Corinthia in prospettiva.



*Q*UESTA basè è messa in prospettiva con la regola delle altre. L'altezza della superficiei A è la medesima con l'altezza della visuale CD; la larghezza della croce A è la medesima con la larghezza della croce dal secondo circolo della pianta B, cominciando dal più piccolo. Le due linee che cadono a piombo sulla basè, mostrano la maggior larghezza, che deve haver la colonna sopra la sua cinta. La maggior larghezza del bastone superiore, e dell'uno e l'altro tondino, è la medesima con la maggior larghezza del terzo circolo. La maggior larghezza del bastone inferiore, è la medesima con la maggior larghezza dell'ultimo circolo.

Figura. 20.